



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 81. Libellus, cui titulus: Mysticum Rosarium SS. Sacramenti a Facultate Parisina proscriptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Dialogum confixit, tandem vero Gal- Sæc. XVII.
 læus septuaginta octo annos natus a - A. C. 1633.
 no Salutis nostræ millesimo sexcentefi-
 mo quadragesimo secundo obiit.

§. LXXXI.

*Libellus, cui titulus: Mysticum ro-
 sarium SS. Sacramenti a Facul-
 tate Parisina proscripius.*

Sub idem tempus inter Zammetum *Abrege*
 Lingonensem & Bellegardium Se- *chronol. t. 10.*
 nonensem Archiepiscopum in Galliis ve- *art. 8.*
 hemens fervebat contentio, cujus oc-
 casio inde repetenda. Instituerat Lu-
 dovica Burbonia Longevillæ Ducis uxor
 novam Virginum Congregationem uni-
 ce ad adorandum SS. Eucharistiæ My-
 sterium destinatam, quam ipse etiam
 Pontifex ratam habens, novellæ hujus
 propaginis curam Matri Angelicæ Ar-
 naldæ Portus Regii Abbatissæ commi-
 sit. Idem quoque Papa harum Virgi-
 num Regimen Gondio Parisiensi, &
 Bellegardio Senonensi Archiepiscopis,
 necnon Episcopo Lingonensi demanda-
 vit. Prima hujus instituti initia (ut
 in rebus novis fieri amat) insolito fer-
 vore continuata amplas pietatis sege-
 tas, fructusque pollicebantur: sensim
 tamen diffidiis inter Senonensem &
 Lingonensem Præsules gliscentibus,
 præ-

Sæc. XVII. præcox hic flos emarcescere cæpit. Hæ
 A. C. 1633. jus ruinæ ansa erat Rosarium seu certum

*Discuss. du
 Chap. Paris.
 anno 1635.
 Argentre
 t. 3. Coll.
 pag. II.*

quædam precandi forma, qua Dei charitas erga homines in Mysterio SS. Eucharistiæ exhibita, necnon divinæ perfectiones absurdis phrasibus exprimitur: Novas hæc preces Mater Catharina Agnes Arnaldina Angelicæ Soror contexit, ac jubente Patre Gondrano, cui a confessionibus erat, ceteras scriptas reliquit: illius autem exemplum apud Venerabilem Matrem Mariam Jesu Carmelitanam Virginem sanctitatis opinione clarissimam post ejus obitum reperiebatur: Habita illius notitia Senonensis Archiepiscopus hæc preces minus sanæ doctrinæ consonas ratus, illas maturiori examini subijcendas Doctori Duvallio Theresianarum Virginum Directori, Clerico, Charonio, Bacciliero, Haliero, Morello & Corneto Sorbonæ Doctoribus commisit. Hi autem unanimi suffragio hæc decima octava Junii pronuntiarunt hoc rosarium adeo non fidelium institutum proficuum esse, ut potius absurda, injuriosa, erronea, Blasphema & impia contumaciter animasque a virtutum præcipue fidei, & charitatis exercitiis avertat, præcæque normam a Christo Domino institutam destruat, necnon opiniones effectibus æque ris Divini in hoc Mysterio exhibiti contra

rias insillet. Idem quoque scriptum a Sæc. XVII.
 Romanis Censoribus inter libros per- A. C. 1633.
 versæ doctrinæ recensitum est, hanc
 vero censuram Lingonensis Episcopus
 lingua & calamo acriter oppugnabat,
 tum Abbatis Sancyrani opera usus,
 quem tamen mutata postmodum sen-
 tentia unacum Richelio Cardinale ve-
 hementer insectabatur.

Edidit præterea Edmundus Auber-
 tinus Præco Calvinianus librum de *Eu-
 charistia veteris Ecclesiæ*; cum autem Au-
 ctor ob impietates suas apud Curiam
 deferretur, tam ipse, quam quidam
 alii Prædicantes, qui blasphemam hanc
 lucubrationem approbarunt, ad carce-
 res damnati sunt: Auxerat hujus pœ-
 næ severitatem arrogantia, qua Galli
 Prædicantes se *Pastores & sancti Evan-
 gelii Ministros* perperam vocitare ausi
 sunt. Nec tamen hoc supplicio terri-
 pallim hunc titulum sibi arrogare præ-
 sumperant, donec anno Christi mille-
 simo sexcentesimo quinquagesimo septi-
 mo Ludovicus XIV. interminatis etiam
 severissimis pœnis eisdem tam honorifi-
 cæ prærogativæ abusum inhiberet.

§. LXXXII.

*Octo Cardinales ab Urbano VIII.
 Papa renuntiati.*

Quam-